





62. 147.  
244. 147.  
6. XIII. April. Jur.  
1722

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

DE

CONSOLIDATIONE  
FEUDI ET ALLODII  
in Pomerania, *praesertim* ulteriori,

Quam,

ANNUENTE DIVINA CLEMENTIA,

EX DECRETO ET AUCTORITATE

MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS IN ALMA VIADRINA,

Sub PRÆSIDIO

DN. HENRICI SIMONIS  
PLESMANNI,

J. U. D. & Pandect. Profeforis Publ. Ordin.

Facult. Jurid. h. t. Decani Speft.

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS  
AC PRIVILEGIIS RITE CONSEQUENDIS,

An. MDCC XXII. d. VIII. Aug. horis locoque solitis

publicæ disquisitioni submittet

JOACH. CHRIST. MEYEN,

Pomeranus,

Dicafterii Reg. Pomer. Cöslin. Advocatus Ordinarius.

FRANCOFURTI ad VIADRUM,

Literis JOH. CHRISTOPH. SCHWARTZII, Acad. Reg. Typogr.

RESTITUTIONE JURISDICTIONIS

# CONSOLIDATIONE

## FUNDI ET ALLODII

in Pomerania, Præsentia Altkönig,

Class.

ANNO DOMINI MDCCCXXXII

ET DECISIO ET AUCTORITATE

MAGISTRICI VICTORUM ORDINIS IN ALMA VINDOBONA

Sub P. R. S. D. O.

### DR. HENRICI SIMONIS PLESMANNI,

J. U. D. & P. A. D. O. P. R. O. F. E. S. S. O. R. I. S. P. U. B. L. I. C. I.

Præsentia Altkönig, Præsentia Altkönig

PRO SUMMIS IN UTROQUE IURE HONORIBUS

AC PRIVILEGIIS RITE CONSERVANDIS

ANNO DOMINI MDCCCXXXII 4. VIII. AUG. 1832

et publicis distributionibus

### IOACH. CHRIST. MEYER,

Hortensianus

Præsentia Altkönig, Præsentia Altkönig, Advocatus Ordinarius

Præsentia Altkönig, Præsentia Altkönig, Præsentia Altkönig

FRANCOURTI 24 VIADRUM,

Præsentia Altkönig, Præsentia Altkönig, Præsentia Altkönig



ILLUSTRI ac GENEROSISSIMO DOMINO,

**DOMINO  
CHRISTOPHORO  
FRIDERICO  
à SUCKOW,  
POTENTISS. BORUSS. REGIS  
CONSILIARIO INTIMO,  
DICASTERII REGII POMERAN. CÖSLIN.  
DIRECTORI GRAVISSIMO,**

**DOMINO ac PATRONO meo**  
*obsequiose devenerando,  
suspiciendo.*

VIR ILLUSTRIS ac GENEROSISSIME,  
DOMINE & PATRONE

*submisso honoris cultu prosequende.*



Væ me moverint rationes,  
quod Dissertationem hanc  
Inauguralem TIBI potissi-  
mum sacram esse voluerim,  
non est quod e longinquo  
repetam. Notiores sunt quam ut prolixè  
enarrari, graviores quam ut silentio tegi, me-  
reantur. Certe favor in me TUUS quan-  
tum grato pectori sit infixus, ut publico  
tandem documento testatum facerem, obli-  
gationis nexus poscere videbatur. Deinde ci-  
tra sacrilegii notam a TE avelli & in alium  
transferri non poterat, cujus præcipuam par-  
tem

tem optimo jure vindicas. TE enim DIRECTORE (& utinam nunquam alio!) quicquid <sup>ex parte</sup> sese exserit, in foro addiscere felici hæctenus fidere contigit. TUO hortatu, quem jussum loco veneror, hæc præ aliis materia in lucem prodiit. TE permittente ad Archivi <sup>adversus</sup> accedere indeque permulta ad ejus exegefin facientia haurire licuit. TUO denique ex judicio plane divino operæ præstitæ valor potissimum pendet. Merito igitur, VIR ILLUSTRIS, ad TE redit, quod jam ante totum ferme TUUM erat: Redit cum devinctissima gratæ mentis declaratione pro tot inuitati favoris speciminibus: Redit cum voto sempiternæ salutis atque prosperitatis. Servet TE DEUS quam diutissime incremento boni publici, fulcro justitiæ, decori gentis SUCKOVIANÆ, natum. Conseruet ac augeat vires stupendo, quod humeris

AUCTOR

meris incumbit, oneri ferendo necessarias.  
Sernet **TECUM** illustrem familiam, tanto ca-  
pitate dignissimam. Floreat stemma **SUCKO-  
VIORUM**, usque dum rerum omnium,  
quæ in mundo sunt, extrema eveniet con-  
solidatio atque confusio. Ita vovet sem-  
perque vovebit

**ILLUSTR. TUO NOMINI**

*devotissimus*

**AUCTOR.**





## Lectori Benevolo

*Xaigen.*



Ubitantibus, quid thematis Inauguralis loco elaborandum, in mentem venit tritum istud: *Navigata de ventis &c.* idque materiam practicam theoreticis anteferendam non suavitatem, sed & pervasit. Hæsitantibus ulterius, quænam ex tanta sese offerentium copia potissimum eligenda, ne aut nimis trita, aut plane inutilis, in conspectum prodiret, occurrit tandem famosa ista de consolidatione seu confusione feudi atque allodii, quam eo magis discussione dignam censuimus, quod & quotidiani ferme in foro usus, & a nemine huc usque

que scriptis publicis in specie ventilatam esse reperimus. Non quidem ignoramus, per Edicta noviora a Potentissimo Rege nostro promulgata feudorum naturam in his terris finitimisque provinciis non parum esse immutatam, adeo ut thema propositum vix usum imposterum habiturum videri possit: Verum cum illa potissimum nexum inter supremum Dominum & Vasallos respiciant, de quo nobis sermo non est; ratione Vasallorum vero inter se eorumque heredum notabilis differentia in foris Pomeraniæ superioribus nondum apparuerit, quæ hæctenus in judicando obtinent principia juxta Constitutiones & observantiam hujus provinciæ uberius exponere, haud inutile futurum judicavimus. Collegimus ergo quæ ad hanc materiam illustrandam facere posse visum, partim ipsa experientia in *negotio* exercitio observata, partim ab aliis amice suppeditata, quorum in numero Vir quidam Excellentissimus, Stargardiæ ac toti Pomeraniæ ob insignia in publicum merita satis notus, qui rariores aliquot decisiones atque casus subministrare non dubitavit. Hoc celare omniaque pro nostris venditare religioni duximus. Tu vero, L. B. si quid arridet, utere; sicubi erratum, humanitatis memor ignosce ac corrige. Vale.

CAP.



כ"ה

CAP. I.

DE GENERALIBUS AD INTEL-  
LECTUM TITULI DISSERTATIONIS  
PERTINENTIBUS.

§. I.



Um materiam *DE CONSOLIDA-  
TIONE SEU CONFUSIONE  
FEUDI ET ALLODII* discuti-  
endam sumsimus, non est  
quod in Etymologia & signifi-  
catu vocum Feudi atque Allo-  
dii eruendo multum desude-  
mus, siquidem ab aliis id ope-  
rose satis præstitum, prout tum compendia, tum  
Systemata, juris Feudalis omnium manibus trita  
docent, quæ, si quis forte circa corticem hæere ge-  
stiat, facili negotio evolvi poterunt. Vid. interim  
Stryk. *Exam. Jur. Feud. Cap. II. qu. 1. 2. 3. 5. & 6.* Struv.  
*Synt. Jur. Feud. Cap. II. th. I. & XI.* Schrader. *Tract. Feud.  
Part. II. Cap. I. n. 3. & 4.*

§. II.

Nobis, quibus rem ipsam tangere animus est,  
sufficiat indigitasse, per *FEUDUM* h. l. intelligi res  
A sive

sive bona, quæ dominio directo legibusque feudali-  
bus subjacent, ita ut hisce circa administrationem  
ac dispositionem sese accommodare possessor teneatur : per *ALLODIUM* vero res sive bona istiusmo-  
di nexui non obnoxia, sed respectu superioritatis  
saltem ac jurisdictionis Principi & Magistratui sub-  
jecta, relicta de cetero possessoribus libera, tum ad-  
ministrandi, tum disponendi, facultate.

§. III.

*CONSOLIDATIONIS* vocabulum, in jure non  
inusitatum, ut patet ex §. 3. *Inst. de usufr. L. 3. §. 2. ff. de  
usufr. accr.* proprie denotat rerum solidarum mixti-  
onem seu conjunctionem, quemadmodum confu-  
sio rerum liquidarum, Lauterbach. *Dissert. de Confu-  
sione th. 1.* Deinde per analogiam quandam significat  
duorum jurium diversum respectum habentium in  
uno subjecto concurrentiam, ubi quod ante duorum  
erat, uni quasi in solidum cedit. Et hoc sensu tum  
in jure ipso cit. locis, tum ab Interpretibus, adhibe-  
tur, Struv. *Synt. jur. Feud. Cap. XV. th. 3.* Horn. *Jprud.  
Feud. Cap. XXII. th. 2.* Nullo igitur in hoc significatu  
intercedente discrimine inter consolidationem &  
confusionem, prout ex *allegat. dissert.* elucet, nos utra-  
que voce promiscue utemur, more in foris nostris  
recepto, licet prioris usum paulo frequentiore  
præjudicia inferius adducta testentur. Definiri er-  
go cum Lauterb. *cit. Dissert. th. 6.* poterit, quod sit a-  
ctus, quo duo jura sibi invicem relative opposita in  
unam eandemque personam concurrunt, & per hoc  
ipsum se invicem tollunt. Vel: ubi, discrimine, quod  
inter res diversæ naturæ antea intercedebat, plane  
subla-

sublato, altera alterius naturam sive qualitatem ita induit, ut deinceps pro una reputentur. Sic in jure Civili nota est confusio prædii dominantis & servientis, qua servitus tollitur, *L. 1. ff. quemadm. serv. amitt. L. 10. ff. comm. præd.* item confusio crediti & debiti, si creditor debitoris heres, vel vice versa, existat, *L. 75. § 2. ff. de solut.* & alii casus plurimi, quos summo studio in laud. dissertatione collectos videmus, quo Lectorem brevitatis amore ablegamus. In jure Feudali occurrit consolidatio domini directi ac utilis, quæ variis modis contingit, ut latius explicant Lauterb. *cit. Dissert. th. 38.* Struv. *S. J. F. cap. XV. th. 3.* Horn. *Jur. Feud. cap. XXII. th. 2. seqq.*

## §. IV.

Jam si differentias Feudi atque Allodii accuratius investigemus, ex utriusque descriptione ac notissimis juris Feudalis principiis patescit, eas omnino esse maximas. Nam (1) feudum non plenum Dominium Vasallo tribuit, sed saltem utile, directo apud Dominum remanente, unde (2) Vasallus quoad plerosque domini effectus restricta admodum gaudet potestate, ita ut absq; consensu Domini & agnatorum nullam ferme de feudo habeat dispositionem, quin & ob deteriorationem eodem privari queat. (3) Quoties mutatur persona Domini, vel Vasalli, investitura petenda. (4) Fidelitas & servitia præstanda. (5) Fœminæ regulariter feudum non sunt capaces, hinc (6) soli filii & agnati succedunt, exclusis filiabus atque cognatis, præter dotem modicam, moribus Germaniæ illis solvendam. (7) Multa dantur delicta feudalia, sub voce Feloniæ

comprehensa feudoque Vasallum privantia &c. quæ omnia secus se habent in allodio, cujus plenum dominium cum omni effectu liberæ possessoris dispositioni, tam inter vivos, quam mortis causa, relictum, citra alieni consensus vel recognitionis necessitatem aut sexus differentiam, solo perduellionis crimine privationem seu confiscationem operante. Hæc qualitas allodialis, uti antiquior feudali & naturæ magis congrua, ita in dubio quoque præsumitur & onus probandi in asserentem contrarium rejicit, Horn. *cit. tract. cap. II. th. 6.* Rosenthal. *Cap. VII. Conclus. XLII. num. 26. & Cap. XII. concl. XIV. num. 10.*

§ V.

In tanta ergo feudi atque allodii dissimilitudine, imo contrarietate, vix fieri posse videtur, ut casus existat, qui unionem operetur ac allodium in feudum transfundat, cum contrariorum contraria soleat esse ratio: Verum in aprico res est, prout casus ac exempla consolidationis inferius occurrentia demonstrant. Causam si requiras, ea generaliter in utilitate publica quærenda, quippe quæ per conservationem ac incrementum feudorum creditur promoveri, ideoque multis singularibus, in favorem Vasallorum circa feuda introducendis, ansam præbuit. Confer. *Constitution von Lehn und Aussteuer Sachen im Herzogthum Hinter Pommern de Anno 1694. Tit. II. §. 1.* verbis: *Damit aber diejenigen/welche die Lehne behalten und den andern Geld heraus geben NB. dem Lehn Herren und dem Lande zum besten conserviret bleiben &c.* Quo spectat in Pomerania

nia nostra, quod, si de dote filiabus constituenda lis oriatur, atque ad feudorum æstimationem confutandum sit, hæc non eodem, quo alias consuevit, modo eademque subtilitate instruat, sed multa filiis relinquuntur præcipua, per *dict. Constit. cit. l. it. Tit. III. §. 1.* Similiter quod agnati succedentes in feudo ultra pretium ejusdem æstimatorum defuncti viduæ vel creditoribus non teneantur, etiam si illa, aut quidam ex his, longe majus pretium offerat, *Tit. XXII. §. 1.* verbis: *So weit dieselbe reichen.* Specialiores consolidationis causas infra suis locis reperies.

## §. VI.

Antequam vero ad ipsas ejusdem species progrediamur, monendum erit, nos in pertractanda hacce materia non tam jus commune Feudale, quam provinciale Pomeraniæ, præsertim ulterioris, tum scriptum, tum consuetudinarium, respexisse, quod & ipse Dissertationis titulus edocet. Hoc enim vel tironibus notum esse putamus, feuda Pomeranica, antiquitus allodialia, post Principibus certis sub conditionibus oblata, multa irregularia a natura feudi jureque communi plane abhorrentia retinuisse, in quibus colligendis singularem operam collocavit Matthias Möller in *Dissert. de Feudis Pomeranicis*, sub Præsidio B. Dn. Strykii An. 1679. hic Francofurti habita. Ubi tamen probe notandum, non omnia eidem inserta consuetudine ac usu esse recepta, siquidem conclusa ista Pomeranica, quibus probationis loco utitur (vid. *th. XLV. & XLVI.*) nunquam lege aut observantia generaliter fuere approbata, quin

potius per Constitutionem Feudalem An. 1694. promulgatam multis in partibus aut rejecta aut immutata, id quod, nisi a scopo esset alienum, quamplurimis exemplis posset probari. Hinc in causa *Heinrich von Dewitz* contra Major *Ulrich Felix von Dewitz* per Sentent. Regim. d. 13. Aug. 1715. latam expresse statuitur: *Weil die neue Lehns-Constitution den alten Conclusis in so weit derogiret / daß regulariter, ad constituendum feudum in pecunia, pactum dazu kommen müsse / auffer den casibus expresse exceptis &c.* Aliud exemplum vid. infra *Cap. II. Sect. IV. §. XXIV.* Unde & in foro conclusa ista probationis vim non habent, nisi specialis simul doceatur receptio.

## CAP. II. DE VARIIS CONSOLIDATIONIS SPECIEBUS.

### SECT. I. DE MATERNO.

#### §. I.

**J**Am ut ad specialiora properemus, primo loca Consolidationis s. Confusionis species occurrunt, quæ circa *MATERNUM* in feuda versum contingit. Dicimus vero Maternum bona, sive dotalia sive paraphernalia, a matre Vasalli illata ac in feudi vel reuolutionem, vel meliorationem, vel aliam utilitatem, impensa. Hæc per se naturam allodii habere, eamque nec per illationem, nec per versum, amittere, vel exinde constat, quod mater



ter de iisdem (excepta portione statutaria, i. e. dimidia dotis, marito superstiti necessario relinquenda, *Constit. Feud. Tit. VII. §. 15.*) pro lubitu, tam inter vivos, quam per testamentum, disponere ac, excitato concursu, ista ex feudo repetere potest, & si ab intestato decedat, filiae aliique heredes allodiales æquali cum masculis jure ad successione[m] admittuntur: sicut & illarum portio, etiam si innuptæ moriantur, non possessori feudi, ex quo solvenda erat, remanet, prout alias in dote juris est, *Constit. Feud. Tit. III. §. 11.* sed coheredibus omnibus, nisi aliter dispositum, accrescit. Unde certum, in persona matris vel filiarum, de feudo, qua tali, nil possidentium, nullam existere consolidationem.

§. II.

Obtinet vero eadem in persona filii, cum in feudo, cui maternum, versione a defuncto parente facta, inhæret, succedit, adeo ut non amplius ipsi liberum sit de hoc materno, tanquam de allodio, disponere idque vel uxori, vel heredibus allodialibus, excluso feudi successore, assignare. Rationes in eo potissimum consistunt, quod (1) natura feudi ex materno vel allodio in totum aut ex parte comparati inde non immutatur, *arg. L. 48. §. fin. ff. de furt. L. 6. C. de rei vind. 2. Feud. 26. §. si Vasallus de beneficio, in fin. Ludwell. Synt. Feud. cap. III. p. 54.* (2) In singularibus pretium non est loco rei, nec res loco pretii, adeoque surrogatum non sapit naturam surrogati, *Struv. S. J. F. Cap. IV. th. 4. in paraphr.* (3) Nemo ejusdem rei Dominus & creditor simul esse potest. (4) Allodialia etiam per declarationem tacitam feudis incorporan-

porantur. (5) Accessorium sequitur naturam principalis. (6) De feudis nil unquam remansurum esset, si vassallis de materno vel avito in feuda verso in infinitum disponere liceret.

§. III.

De praxi non est quod dubitemus, cum innumera fere adsint præjudicia, quibus post plenariam causæ discussionem, rejectis Vassallorum dispositionibus, consolidatio hoc in casu confirmata. E. gr. in causa seel. Gürgen von Meseritzen Wittwe contra Christoph Moritz und Hans Gürgen die von Wobersnow/ per sent. de An. 1693. d. 3. April. verb: Daß Beklagte vorkommenden Umständen nach nicht schuldig seyn die libellirten 1500. fl. auß den ihnen angefallenen Lehnen der Klägerin auszukehren/ sondern dieselbe/ des vorgeschütteten Testaments ungehindert/ davon zu absolviren. Similiter in causa seel. Carlß von Blücher hinterl. 2. Schwestern contra dessen Gehrüdere per sent. d. 17. Maji 1708. publicatam.

§. IV.

Obtinet hoc eo magis, si filius de hujusmodi feudis, in quæ versio materni facta, investituram sit nactus, siquidem per hanc allodialia pro feudis agnoscuntur, Hartm. Pist. Part. II. qu. 42. Carpzov. Part. III. cap. XXXI. def. 7. n. 4. Ita judicatum in causa Friedrich Haso von Blanckenburg contra seel. Paul Adam von Blanckenburgen Wittwe per sent. de An. 1698. d. 28. Febr. verbis: Weil ex Actis Regiminis erhellet/ daß der Beklagtin Chemann / weil er sein Väterlich Gut in feudum recognoscivet und Jure Domini besessen/ mit dem prætendirten Mütterlichen per judi-

judicata gänzlich abgewiesen/ und daher die in unserm  
Hoffgerichte *ab Extraneo* ausgesprochene Urthel nicht  
bestehen könne/ die *gravamina* allerdings für erheblich  
zu halten und besagte Urthel aufzuheben.

§. V.

Nuperrime hac de re coram illust. Dicast. Cöslin. acriter disputatum in causa seel. von N. Wittwe contra dessen Brüder/ als Lehnsfolger/ occasione patetorum dotalium, quibus defunctus, præter lucra ordinaria viduis competentia, 2000. thaler. ex feudo & de materno suo eidem inhærente solvenda uxori promiserat. Hanc ergo summam a successoribus feudi exigebat vidua, ex rationibus, quod (1) defuncti patrimonium in maternis confiterit, a patre ne legitima quidem ipsi relicta. (2) Materna ista naturam allodii semper retinuerint. (3) Pro allodio sit præsumtio. (4) Contrarium ab agnatis nondum probatum. (5) Feuda Pomeranica oneri æris alieni sint obnoxia. Negabant id agnati, exceptionum loco adducentes, a) Maternum defuncto a matre hereditario & in pecunia parata relictum ab ipso notorie consumtum, nec quicquam exinde in feudum ejusque utilitatem esse versum. b) Istud vero maternū, quod a patre in feuda versum, quorū nonnulla defuncto loco portionis hereditariæ assignata, per consolidationem jamdudum naturam feudi induisse, dum c) defunctus, præstito generaliter de feudis suis juramento, generaliter quoque & absque reservatione de iisdem fuerit investitus. d) Hoc ipso cessare præsumtionem allodii per investituram jam tum sublata. e) Pactum hoc irregulare

B

lare

laré in præjudicium agnatorum & feudi cedere. f) Prætenſum maternum non eſſe ejusmodi æs alienum, quod feudum afficiat, cum nec cauſa debendi, nec juſtum obligationis fundamentum, adſit, nec in defuncti poteſtate fuerit feudum hac ratione onerare &c. Pro fratribus res deciſa per ſent. d. 8. *Octobr. a. præ.* publicatam, verbis: Und da auch das prætendirte maternum, woraus dasjenige / ſo über die Lehns-Conſtitution zu completirung der verſchriebenen 8000 Rthlr. genommen werden ſollen / in der Perſohn der Extrahent in ſeel. Ehemanns längſt consolidiret / und alſo daraus in præjudicium agnatorum nichts verſchrieben werden können / ſo fällt auch ſolches weg &c.

§. VI.

Quid vero, ſi filius bona paterna cum beneficio legis & Inventarii adierit, ita ut huic maternum ſpecificè fuerit inſertum? Neque ſic consolidationem impediri exiſtimamus, cum iſtiusmodi effectus Inventario nullibi tribuatur, ſed tantum ut ultra vires hereditatis quis non teneatur, aut tanquam heres conveniri queat, ſimulque confuſio inter ipſius & defuncti bona eviterur, *L. fin. §. 4. & 9. C. de jur. delib.* Lauterb. *Differt. de Confuſ. ib. fin.* Unde, non obſtante hac exceptione, pro consolidatione pronunciatum per ſent. *de An. 1708. d. 5. Mart. & confirmat. de An. 1709. & 1711.* in cauſa Felix von Nagmer contra Lieutenant Oltwig Adolph von Nagmers Wittve.

§. VII.

Plus dubii habere videtur, ſi filius in ipſo inveſtituræ actu de reſervando materno fit proteſtatus,

tus, siquidem notissimi juris est, protestationem conservare jus protestantis, adeoque & hic impedire possit, quo minus investitura ultra ea, de quibus petita, effectum fortiatur. Verum res expedita est, si perpendas, jus Vasalli circa maternum in feuda versus eousque se non extendere, ut hoc a feudo separare jureque allodii possidere queat: hinc protestatio novum jus conferre nequit, præsertim cum investitura naturam feudorum legesq; ac consuetudines feudales, non beneplacitum vasalli, sequatur. Unde hujusmodi protestationem, juri quippe communi & feudali Pomeraniæ, nec non Edictis feudalibus, contrariam, non attendi, docet attestatum Cancellariæ feudalis, ad requisitionem fratrum de Rahmel in processu contra Christ. Henning. de Rahmel heredes allodiales d. 18. Jun. 1708. conceptum, verbis: Weil bey der Lehns: Canzleien dergleichen protestationen, da ein Vasallus seine Lehne theils jure feudi, theils jure allodii, zu besitzen intendiret/ und zu dem Ende sich mit protestation zu verwahren vermeinet/ keines Weges/ als wider die gemeine Rechte nicht allein/ sondern auch wider die Lehns: Edicta und andere Pommrische Lehn-Rechte anlauffend/ admittivet werden/ auch auf die von seel. Christoph Henning von Rahmel geschene protestation im geringsten nicht reflectivet worden/ so haben sich Supplicanten darnach zu richten. Ita quoque judicatum in causa des seel. Land: Marechal Curdt Julii von Fleming nachgelassener Söhne per sent. de An. 1713. d. 28. Octobr.

§. VIII.

Quæ de matre hætenus dicta, multo magis

B 2

obti-

obtinent in avia, cujus illata nepotes, excitato forte de bonis parentis concursu, regulariter repetere nequeunt, ob consolidationem scil. in hujus persona jam tum factam. Quod ut evidentius reddatur, distinguendum erit, an avia ante, vel post, filium, seu respective patrem, vita excuserit. Si hoc, permessa est nepotibus illatorum repetitio, cum, vivente eadem, nulla contigerit confusio, defunctâ autem, hereditas immediate translata sit ad nepotes: Sin illud, cessabit repetitio, ex rationibus *S. preced.* adductis, quia per successione[m] patris hujus bona cum aviæ bonis jam sunt confusa & una exinde facta est massa, *arg. L. 34. §. 8. L. 75. L. 95. §. 2. ff. de solut. L. 3. C. de fideicom. L. 5. C. de hered. act.*

## §. IX.

Hinc cum in causa Benz Peter von Bulgrin contra creditores paternos desuper lis oriretur, per sent. de An. 1681. d. 21. Mart. actori probatio injuncta, daß seine Groß Mutter allererst nach seinem Vater verstorben/ und also ihren dotem auf ihn immediate vererbet. Cui cum satisfacere non posset, d. 30. Octobr. 1682. pronunciatum: Demnach Implorant dasjenige/ so ihm in der am 21. Mart. 1681. publicirten Urthel/ daß nemlich &c. zu erweisen injungiret/ nicht erwiesen/ vielmehr aus denen von ihm selbst fol. 466. und 472. producirten Nachrichten das contrarium, daß nemlich dieselbe bereits An. 1646. und also 3. Jahr ante obitum patris. verstorben gewesen/ sich befindet/ so ist da durch dero dos illata cum bonis paternis confundiret/ und Implorant daher nicht besugt in dem von ihm über die väterl. Güter excitirten concursu denselben zu repetiren.

Simi-

Similiter iudicatum in causa sel. Bogislaw Friedrich von Damitzens Söhne contra creditores paternos per sent. d. 29. Jun. 1685. publicatam, verbis: Demnach die von Extrahenten Vater auf 7200. fl. angegebene Großmütterliche illata jure successionis auf den Sohn verstatmet und mit dessen Gütern confundiret sind/ so können dieselbe aus den Lehnen nicht reposcivet werden.

§. X.

Hæc de consolidatione materni per successionem filii in feudo post obitum matris facta. Alia species est, quæ vivente matre contingit, idque duplici modo, vel per electionem dotalitii, vel per cessionem omnimodam illatorum filio factam, reservatis faltem alimentis. De utraque nunc seorsim agendum.

§. XI.

Quod ergo ad DOTALITIUM attinet, notum est, illud moribus universæ ferme Germaniæ esse introductum & in certis redivibus consistere, a vidua pro remuneranda, vel compensanda, dote in feudum conversa post obitum mariti percipiendis. Cujus requisita atque effectum, cum ab Interpretibus juris feudalis latius explicentur, hic enarrare superfluum arbitramur. Id faltem notandum, continere istud. vel duplicatas dotis usuras, vel quadruplicatas, & posteriori casu dotem cum omni lucro absorberi a dotalitio; priori non æque, nisi specialis observantia in contrarium adfit, uti in Saxonia, teste Stryk. E. J. F. Cap. XXI. qu. 13. & 14. In Pomerania nostra plura circa dotalitium occurrunt singularia, a consuetudine communi defle-

B 3

eten-

entia & per Constit. Feud. de An. 1694. confirmata, dum (1) duplicatas saltem dotis usuras continere debet, *dict. Conf. Tit. XVII. §. 1.* adeo ut (2) nec pacta in contrarium valeant, §. 3. & (3) dos nihilominus absorbeatur, non obstantibus pactis contrariis. §. 4. (4) Deficiente promissione vel constitutione mariti, successor feudi ad illud constituendum non obligatur, *arg. §. 2.* (5) Electio viduæ competens, velintne dotalitium acceptare, an vero dotem cum augmento repetere, ad trimestre spatium, a die obitus mariti computandum, est adstricta, ita ut hoc elapso, vel dotalitio semel electo, non permittatur variatio. §. 4. (6) Dotalitium viduæ, etiamsi ad secunda vota transferit, remanet, relicta saltem successori feudi illud luendi facultate, quo casu, quæ ultra usuras ordinarias percepit vidua, de dote ejusque augmento detrahuntur, §. 6. & quæ sunt alia *alleg. Tit. expressa.* Certum ergo est, electo dotalitio rite constituto, dotem feudo incorporari, & cum eodem in persona possessoris, sive filius iste sit sive agnatus, confundi, ut deinceps ab hujus heredibus allodialibus ut allodium repeti nequeat.

## §. XII.

Quæritur autem, an matri liberum sit in præjudicium filiarum dotem solis filiis vel agnatis, electo dotalitio, relinquere? Et Resp. affirmando, ob liberam dispositionem ipsi competentem, excepta saltem legitima, filiabus ex dispositione juris necessario relinquenda. Unde his non obstare censemus, etiamsi mater multorum annorum spatio duplicatas integræ dotis usuras perceperit, cum, quæ



quæ legis sunt, per factum hominis mutari nequeant. Nisi tamen filias exinde locupletiores factas, & sic in effectu legitimam esse lucratas, probari posset, quo casu cessare repetitionem, analogiæ juris & æquitati conformius videtur, *arg. L. 6. §. fm. ff. de Jure dot.*

§. XIII.

Exemplo ut rem illustremus, occurrit inter alia casus in illustr. Dicast. Cöslin. nuper admodum ventilatus, sub rubr. **Hauptmann von N.** contra **secl. von N. Erben** in puncto heredit. ubi actor nomine patris adhuc viventis ad hereditatem sororum aviæ, ab intestato & in cœlibatu defunctorum, una cum reis, qui eam soli usurpârant, pro rata admitti quærebat. Cum autem præcipua hujus hereditatis pars in illatis proaviæ confisteret, rei inter alia, ad excludendâ horû repetitionē, exceptionē consolidationis ex capite dotalitii opponebât, provocantes ad pacta dotalia, in quibus id aperte satis constitutum legi poterat. Regerebat Actor, (1) solam constitutionem non sufficere, sed realem electionem ac perceptionem esse probandam, huic vero (2) prægnantes obstare præsumptiones, dum a) tot debita ex propria reorum confessione ex feudo fuerint solvenda, ut duplicatæ dotis usuræ non potuerint esse salvæ. b) 8. aut 9. filiæ adfuerint, quibus omnibus in materno præjudicatum non verosimile, quin potius c) una illarum, Actoris scil. avia, portionem suam, testantibus pactis dotalibus, a reorum patre subscriptis, ab ipsa matre acceperit, & d) in pactis longe post obitum matris inter ipsum & sorores ratione alimen-

alimentorum initis materni adhuc fiat mentio &c. Deficiente ergo dotalitii probatione, contra confusionem & pro Actore pronuntiabatur per sententiam paulo ante discesum nostram publicatam.

§. XIV.

Alter modus consolidationis vivente matre contingentis est *CESSIO*, si scil. ista omne jus illatorum feudo inhærentium in filium transferat sibi que alimenta saltem stipuletur. Hoc enim, sive ut species dotalitii irregularis, sive ut pactum peculiare, consideretur, non alius potest esse effectus, quam ut confestim plenum materni dominium acquirat filius, inque ejus persona fiat confusio. Summo fervore agitata hæc controversia in causa von N. und Wittve von N. contra fratres de N. qui defunctæ viduæ de N. heredes ex asse ac successores in feudo, cui ejus illata inhærebant, extiterant. Hæc actoris de N. filiæ 1000. flor. inter vivos donârat, actrici vero, viduæ de N. 500. florenorum, ex legato matris debitorum, solutionem, dato chirographo, promiserat. Lite post ejus obitum desuper exorta, rei, fratres de N. exceptionem nullitatis opponunt, quod donatio ac respective constitutum a defuncta de re aliena fuerint facta, dum illa jam antea per pactum speciale omne jus illatorum filiis suis, ipsorum in feudo antecessoribus, cesserit, adeoque ista cum eodem fuerint confusa, ulterioris probationis loco adducentes, weil (1) defuncta bey der zwischen ihren Söhnen An. 1692. geschehenen Theilung der Güter auch das Gut N. so ihr pro illatis gehaffet und verschrieben/ mit vertheilen lassen/und/ohne

ne die *illata* zu reserviren / nur geringe *alimenta pacisci-*  
*ret* / welches *pro cessione tacita* zu halten. (2) in ihrem  
 1695. aufgerichteten Testament der *illatorum* nicht ge-  
 dacht / sondern voreverhnte Theilung und Erhebung  
 der *alimenten confirmiret*. (3) Als nach Absterben des  
 ältern Sohnes 1704. über dessen Verlassenschaft ein  
*Inventarium* aufgerichtet / das Gut *N.* darin zwar mit  
 aufgeführt / aber der *illatorum* keine Erwähnung ge-  
 schehen. (4) Als der jüngere 1705. sich mit seines  
 Bruders Wittwe wegen ihres Eingebrachten vergli-  
 chen / der Mütterlichen *illatorum* abermahl nicht mit ei-  
 nem Worte gedacht. (5) In den Nuht Zetteln da-  
 von nichts enthalten. (6) In dem zwischen der *Do-*  
*natricin* und Beklagten / als Lehnsfolgern / 1715. auf-  
 gerichteten Vergleiche ausdrücklich bedungen / daß al-  
 les / was ihrentwegen an *dote*, *paraphernalien* &c. in die  
 Lehne geflossen / wie sie es ihren verstorbenen Söhnen  
 zugewandt und geschendet / den Beklagten / als *suc-*  
*cessoribus feudi*. da es einmahl mit demselben *consolidiret* /  
 verbleiben sollte. (7) Die Königl. Lehns Canzley selbst  
 auf geschenebe Anfrage den 17. Octobr. 1718. zum Be-  
 scheide ertheilet: Weil die Lehn Stücke *quasi*: welche  
*pro illatis defunctæ* gehaffet / von ihr würcklich an die  
 Söhne abgetreten / und also das *allodium* ihrer *illatorum*  
 in deren Persohn mit den Lehnen einmahl *confundiret*  
 worden / so habe es darunter nach dem Lehn Rechte  
 seine abhelfliche Masse / weil ein Lehn Mann seine  
 Lehn Güter nicht zugleich *jure feudi* und *allodii* besitzen  
 könne &c. *Contrarium vero tuebantur Actores*, ex  
*rationibus*, weil (1) *donatio regulariter* nicht *presumiret*  
 werde / sondern *aperte probiret* werden müße. (2) *mens*

C

con-



*contrario*, und daß die *consolidatio vivente matre* nicht geschehen sollen / daraus klar erhelle / daß sie vor dem letzten Vergleich etliche mahl von ihren *illatis disponeret* / die Söhne ihr solches auch zugestanden / als a) in dem Testament de An. 1695. da sie von denselben dem jüngern Sohne 1000. fl. *prælegiret* / und in dem übrigen beyde *ex æquis partibus* zu Erben eingesetzt. b) An. 1714. nach Absterben des ältern zum andern mahl, *testiret* und *superstitem* zum Erben eingesetzt / auch die übrigen Anverwandten demselben *substituiret*. (3) *defuncta* nach Absterben des jüngern Sohnes in *possessione* der Güter geblieben und solche nach Inhalt der Ehestiftung *jure retentionis* behalten / daher (4) vielmehr zu *presumiren* / daß *donatio filii facta per modum ultimæ voluntatis, vel mortis causa*, geschehen / und also / da die Söhne *ante matrem* verstorben / so wenig / als die *intendire consolidatio*, ihren effect gehabt &c. Pro reis primum *causa decisa per sent. d. 6. Febr. 1719. ex votis scriptis latam: pro actoribus vero in restitutionis instantia per sent. Tubingensem d. 20. Sept. ej. anni publicatam, quæ posterior in summo Tribunali Berolinensi, quolis per appellationem devoluta, pure fuit confirmata.*

§. XV.

Idem dicendum videtur, si forores materno, ex feudo ipsis solvendo, in gratiam fratrum renunciarent, solis alimentis contentæ: Nam & tunc confusionem habere locum, nulla adest, quæ vetet, ratio. Id saltem notandum, renunciationem istam, ceu speciem donationis, non præsumi, sed evidenter esse probandam. Discussa nuper hæc quæstio in causa

sa *sup. §. XIII.* allegata, ubi rei ulterius ex capite tacitæ renunciationis exceptionem consolidationis firmare annitebantur, loco rationum adducentes, (1) in pactis de divisione feudorum initis materni nullam fieri mentionem, sed sororibus certam duntaxat pecuniæ summam loco alimentorum, vestimentorum &c. promitti. (2) Altero fratrum defuncto, sorores per testamentum ipsis relicta, data desuper quietantia generali, absque ulla materni reservatione, acceptasse. (3) Sorores nunquam pactis istis contradixisse, sed alimentis a fratribus ipsis subministratis loco materni contentas fuisse. Sed replicabat Actor, a) reorum patrem suam quidem materni portionem per investituram indeque ortam consolidationem feudo incorporasse, non autem quæ sororum erat. b) In omnibus transactionibus, post dicta pacta inter ipsum & sorores initis, materni mentionem fieri, idque a fratre agnitum. c) Ist hæc pacta inter solos fratres de alimentis, sororibus ex feudis jam dividendis imposterum præstandis, esse inita, quibus jura sororibus ratione materni competentia nec imminuta, nec deficienter ipsarum consensu, imminui potuerint, quinimo d) in iisdem pactis tacite, ne confusio existeret, fuisse cautum, dum §. 20. insertum, post obitum fororum earundem hereditatem dispositioni juris communis & receptæ inter nobiles consuetudini esse relinquendam. e) Renunciationem sororum in favorem fratrum ac feudi nec præsumi, nec ullibi apparere. f) Quietantiæ super rebus ex testamento fratris perceptis reservationem materni inferi non

fuisse opus, cum ea pro substrata saltem materia intelligenda, nec de fratris portione cum feudo iam confusa quicquam præensum &c. Pro actore & contra consolidationem iudicatum per sent. d. 20. Mart. a. c. publicatam, verbis: *Anlangend darnächst das maternum, so wird dasjenige / was Citati wider des Extrah. præension eingewandt / aus denen von ihm angeführten rechtlichen Ursachen billig verworffen / und sie schuldig erkannt sich auf die formirte liquidation einzulassen &c.* idque in restitutionis instantia denuo confirmatum.

## SECT. II. DE PERTINENTIIS FEUDI.

### §. XVI.

Nova species consolidationis occurrit circa *FEUDI PERTINENTIAS* (i. e. particulas feudo olim junctas, post a possessore avulsas & creditoribus pignoris loco traditas) quas vasallus, soluto antecessoris debito, reluit feudoque iterum jungit. Anceps semper fuit quæstio, an ejusmodi pertinentiæ naturam allodii & meliorationum feudi habeant, ita ut vasallus reluens de iis libere disponere easdemque heredibus allodialibus relinquere possit. Affirmativa videtur verior, quoniam (1) per solutionem debiti feudum non minus melioratur, quam per extructionem ædificiorum necessariorum: quemadmodum autem hujusmodi impensæ a successore feudi, vel Domino, sunt refundendæ, 2. *Feud. §. §. 1. 2. Feud. 28. §. Si Vasallus. Constit. feud. Pom. Tit. XXII. §. 3. & Tit. XXVII. §. 1.* ita idem multo magis obtinebit

nebit in eo, quod pro liberando feudo erogatum, juxta tritum istud: *Wer Schulden bezahlt / bessert seine Güter*; imprimis si solutio facta creditoribus particulas feudi possidentibus, cum per harum reuolutionem feudum augeatur & proventus meliorentur. (2) Succesor feudi impensas illas, quibus feudum extenditur, (*was zu Erweiterung des Lehns angewandt*) refundere tenetur, *Constit. Feud. dict. §. 3.* (3) Jus crediti in feudis allodiale est; allodialia vero feudis non statim incorporantur. Rectius autem distinguitur, an vasallus in ipsa reuolutione animum declaraverit, quod scilicet ea, quæ reluit, non jure dominii, sed crediti saltem, possidere ac jura cessa duntaxat acquirere velit; an vero reuolutionem absque hujusmodi declaratione fecerit. Posteriori in casu, quæ reluuntur, naturam allodii induere atque pro meliorationibus feudi haberi nequeunt; quia a) jure dominii & crediti simul nemo feudum possidere potest, & contraria sunt, dominum sui que ipsius creditorem simul esse. b) Allodialia etiam per declarationem tacitam, ut investituram, præstationem juramenti fidelitatis, seruitia &c. feudis incorporantur. c) Expensæ, ad quas quis ex natura concessionis feudi, vel expresse, vel tacite, fuit obligatus, jure meliorationum non censentur, Rosenthal. *de Feud. Cap. X. Conclus. XLIII. n. 7.* d) Pertinentiæ constituuntur & definiuntur ex sola Domini voluntate, & sic, dum esse suum jam habent a primo constituyente, a successore feudi tantum a morte quasi resuscitantur. Sed aliud dicendum priori in casu, cum per protestationem & reservationem

confusio impediatur. Plura de hac quaestione inveniuntur apud Auctores a Berlich. *Part. III. concl. XLII. n. 29. allegatos.*

§. XVII.

Ufu fori hanc distinctionem esse comprobata, varia docent praedicta. E. g. in causa Friedrich Haso von Blanckenburg contra seel. Paul Adam von Blanckenburg Wittwe d. 27. Sept. 1689. decretum: daß die a defuncto marito bezahlte Schulden in keine consideration zu ziehen/ es sey denn/ daß das Lehn dadurch vermehret. Quod d. 22. Nov. ej. a. ita declaratum: daß der Bauerhoff n. 5. für feudal, und dasern die sub num. 2. & 4. beregte Stücke von andern possidivet und a defuncto eingelöset/ nicht als allodial, weil das feudum dadurch vermehret/ zu halten. Idque denuo d. 1. Decembr. ej. a. per decretum Colleg. declaratum, his verbis: daß/ wenn ein Vasall absque declaratione animi ( daß er nemlich nur jura cessa an sich bringen und die Stücke auf des Creditoris Recht besitzen wolle) etwas wieder an das Lehn handelt/ solches mit demselben für consolidivet/ und nicht pro allodio, zu halten. Gestalt auch wegen der 2. Bauerhöfe sub n. 4. wenn solche nur bloß a promissore dotis pro hypotheca untersetzet/ und nicht jure Domini an den Vasallum gebracht/ es keinen Zweifel hat/ daß solche für allodial anzunehmen: Sonsten aber und wenn sie in solutum hingegeben/ oder das Dominium transferivet/ pro consolidatis cum feudo zu estimiren. Quod tandem confirmatum ex votis scriptis d. 15. Martii 1700. Eodem modo judicatum in causa der Beamten der Graffschafft Naugarten contra seel. Christoph von Schmelingen Wittwe & confortes d.



29. Jun. 1705. It. in causa des Königl. Dänischen ge-  
heimen Raths und General-Lieutenant Hans von  
Schack Bevollmächtigten contra die von Schack  
zu Prüllwitz per sent. de An. 1701. d. 21. Febr. & con-  
firmat. de An. 1704. Et nuper admodum in causa feel-  
Dbristen von Stojentin testamentarische allodial-  
Erben contra Peter und Lorenz Christoph die von  
Stojentin in pro turbat. an dem Gute Darsow/ per  
sent. d. 26. Mart. a. c. publicatam, verb: Weil die *sub*  
*num. 2. 3. & 4. designirte Pöste bey denen von Citatis an-*  
*geführten Umständen als meliorationes nicht geachtet*  
*werden mögen/ da sie ehemahls zu dem Lehne gehöret*  
*haben/ und a defuncto vasallo nur wieder reluiret und in*  
*seiner Persohn cum feudo consolidiret sind / so können sol-*  
*che als ein allodium nicht vindiciret werden.*

## §. XVIII.

Non tamen expressa semper opus est declaratio-  
ne aut protestatione, sed & tacita sufficit, ex cir-  
cumstantiis atque conjecturis prægnantibus colli-  
genda. Disceptatum hac de re fuit in causa Lieut.  
Jochim Christoph von Platen nom. uxoris contra  
feel. Jochim Caspar von Steinwehren Söhne: Acto-  
ris quippe socer excitatum ab antecessore concur-  
sum, ut proximus agnatus, continuârat, solutisque  
debitis feudo incumbentibus hujus possessionem  
fuerat adeptus: Filiis autem carens de nominibus  
solutis per testamentum disposuerat, filiæ eadem  
assignans. Lite inter hanc & successores feudi de-  
super orta, qui consolidationem pro se allegantes  
illam excludere nitebantur, pro filia decisum per  
sent. d. 4. Nov. 1695. public. idque ob præsumptiones  
pro

pro ea militantes ac mentem patris sufficienter declarantes, dum iste (1) bona & feuda antecessoris adierat cum beneficio legis & Inventarii; (2) varias formulas cessionibus creditorum inferendas curarat, unde mens non confundendi apparebat; (3) filiis erat destitutus, adeoque magis dilexisse agnatos, feudi successores, quam filiam, non poterat præsumi. (4) In testamento de solutis disponendo ea pro allodio habuerat, & (5) de feudo nondum erat investitus, sed conjuncta saltem manu usus.

### SECT. III. DE ALIIS DEBITIS A VASALLO EXSOLUTIS.

#### §. XIX.

Dictum est, in reluendis pertinentiis feudi a creditoribus possessis declarationem animi, quo jure easdem acquisitas velit Vasallus, requiri, ut confusio vel fiat, vel impediatur. Quid autem juris, si Vasallus alia debita, pro quibus hypotheca saltem creditoribus constituta, solvat feudumque nexu liberet? Equidem par ratio subesse videtur, utrinque enim adfunt creditores jus reale in feudo habentes, adest feudum æri alieno obnoxium, augmentum reddituum, qui in priori casu per fructus ex pignore a creditoribus perceptos; in hoc vero per usuras iisdem solvendas, decreverant: Sed, repenitus inspecta, magna utique est inter creditum possidens & non possidens differentia, cum, soluto illo, particula quædam a feudo avulsa extrinsecus eidem

eidem accedat; hōc vero, intrinseca faltem, non mutato possessionis genere aut feudi ambitu, accessio fiat, quæ talem animi declarationem s. protestationem proprie non admittit: Unde & hoc casu simpliciter contingere consolidationem, asserere non dubitamus, præsertim cum huic opinioni adstipuletur sent. jam *supra Sect. II. §. XVII.* allegata, videlicet in causa seel. *Obristen von Stoientin testamentarische allodial-Erben contra Peter und Lorenz Christoph die von Stoientin /* cujus alterum membrum hoc erat: *Wie denn auch was num. 5. & 6. anlanget / und desselben Schulden gewesen / die er nur zu seinem eigenen Besten bezahlet und dadurch seine Lehne a nexu liberiret hat / von den heredibus allodialibus ut allodium nicht zurück gefodert werden können.* Idem quoad filium sentit *B. Brunnem. Centur. II. decis. 77.* ex ratione, quod hic ad solvenda debita paterna, quia est filius, sit obstrictus, ideoque non possit repeti quod solutum; simulque locum *Carpz. P. II. const. XLVI. def. 29.* apparenter contrarium conciliat.

## §. XX.

Ratione agnati scrupulum quidem, ut ingenue fateamur, movet dissensus *B. Mevii, Jcti*, dum vi-  
veret, rerum Pomeranicarum peritisimi, qui *Part. V. decis. 55.* distinguit, utrum vasallus de suo debita solverit, an ex ipso feudo seu mediis ad feudum pertinentibus: Priori casu liberationem feudi ab onere meliorationis instar vult haberi, adeoque repetitionem soluti heredibus allodialibus competere; posteriori non æque, eamque distinctionem permul-  
tis iisque sat probabilibus argumentis firmare an-  
D niti-

nititur. Verum, re accuratius perpenſa, nihil invenimus, quod ad mutandam ſententiam commoveat. Initio enim (quod ſalva Viri celeberrimi exiſtimatione dixerimus) nulla apparet ratio, cur inter bona Vaſalli propria & fructus feudi ſit ſtatuendum diſcrimen, ſiquidem ille, ut Dominus utilis, omnes omnino fructus percipiendo ſuos facit, Schrader. *Part. VII. Cap. II. num. 25.* ita ut ſtatim in bonis ac patrimonio ejus eſſe intelligantur, & quod exinde decedit, pro damno bonis illato reputetur. Hinc qui deſuncto Vaſallo extant, heredibus allodialibus, perinde ut alia bona, cedunt, *Conſt. Feud. Tit. XI. §. 1. & 4.* Nec feriunt rationes pro ſtabilienda differentia, tum in ipſa Decif. tum in notis, adductæ: Nam Vaſallo ſolum uſumfructum, aut Domino directo proprietatem fructuum ex feudo perceptorum, tribuere, ita ut, quæ ex illis impendit vaſallus, non de ſuo, ſed de re Domini, facere cenſeatur, analogiæ juris feudalis repugnat; ſicut & eadem reſpectu ſucceſſoris adest utilitas, ſive de fructibus feudi, ſive de aliis bonis, fiat liberatio, adeoque ſi hinc oritur obligatio, hæc utrobique par aderit.

§. XXI.

Remota ergo hæc differentia, ulterius inquirendum, an rationes B. Mevii fundamento conſolidationis diruendo ſufficiant? Nos quidem negamus. Primam enim quod attinet, vaſallus onera feudi tollens non feudi, ſed ſuum, gerit negotium, quia jure Domini utilis omne tum commodum, tum onus, ad ipſum unice pertinet, adeoque debita feudo incumbencia non alterius, ſed ipſius jam ſunt propria

pria, & dum ista solvendo feudum liberat, non alterius, sed suam, & respicit & promovet utilitatem; siquidem quod ex post facto in successorem exinde redundat commodum prævideri nec potuit, nec debuit. Qua secundam non apparet, qua ratione quis feudum, quod jure domini possidet, sibi suisque heredibus ulterius obnoxium facere, seu, quod idem est, ut Dominus & creditor simul possidere queat. Tertia & quarta petunt principium, fallitque in feudalibus regula, quod res cum omni onere in successorem (in primis agnatum, qui jus suum ab ultimo possessore non habet,) transeat, sed requiritur legis approbatio, qua deficiente res transit absque onere. Quinta, eaque omnium præcipua, liberationem scilicet feudi ab obligatione esse quandam meliorationis speciem, per se quidem vera: exinde tamen qua sextam non sequitur, omnia feudi melioramenta heredibus a successore deberi, siquidem magnam inter intrinseca scilicet coherrentia & extrinseca scilicet discreta intercedere differentiam, ac illa ceu partem rei illi cedere, ad quem res pervenit, testatur 2. Feud. §. 1. it. Rosenth. Cap. X. concl. XLIII. n. 1. 4. & 5. præsertim cum ad eadem faciendam jure contractus feudalis obligatus esset vassallus, *ibid.* n. 7. Tandem quoad septimam regula de surrogatione suas patitur exceptiones; alias enim & pecunia ex feudo redacta & quæ ad emtionem feudi impensa, fieret feudalis, quod tamen seculus se habere notissimum est, Struv. S. J. F. Cap. IV. th. 4. & 5. Conf. omn. sup. Sect. II. §. XVI. deducta. Unde concludimus, firmam adhuc manere nostram senti-

tentiam, usu fori, prout præjudicium §. XIX. allegatum docet, comprobata.

## §. XXII.

Aliam limitationem nonnemo statuit, fallere regulam nostram existimans, si Vasallus feuda cum beneficio L. & inventarii adierit; tum enim solum ex fructibus feudi deberi heredibus allodialibus: atque ita iudicatum refert in causa des Prælaten von Milbenitz contra Heinrich und seel. Caspar von Milbenitzen Söhne Vormünder/wegen Berechnung der cum benef. L. & Invent. angetretenen Lehne/ per sent. Colbergæ d. 16. Jun. 1663. publicatam & ab Ampl. Facultate Rostoch. d. 6. Nov. 1664. confirmatam. Similiter in causa Lieut. Jochim Christoph von Platen contra seel. Jochim Casp. von Steinwehren hinterl. Söhne d. 4. Nov. 1695. & 30. Maji 1696. Sed cum ipsa Acta inspicere & quæ fuerint rationes decidendi, aut singulares circumstantiæ, examinare non licuerit, iudicium nostrum suspendere cogimur, adhuc tamen in negativam proniores, ex rationibus *sup. Cap. II. Sect. I. §. VI.* adductis,

#### SECT. IV. DE DOTE FILIABUS VEL SORORIBUS EX FEUDO SOLVENDA.

## §. XXIII.

Restat ultima consolidationis species circa dotem contingens, filiabus & respective sororibus ex feudo debitam. Notum quippe est, moribus Germaniæ onus dotandi filias ultimi vasalli incumbere fuc-

succeffori feudi, sive is filius sit sive agnatus, Mev. Part. III. dec. 367. n. 2. Ludw. Tr. feud. p. 155. quin & Dominum feudi in casu apertura novumque concessionarium ab eodem non esse immunem, testatur Conf. Feud. Pom. Tit. III. §. 2. & 16. Quantum vero dotis ex quantitate feudi, prævia, si lis oriatur, æstimatione, determinatur, ita ut in Pomerania nostra (sublata nunc incertitudine ista, de qua B. Stryk in Dissert. de Feud. Pom. Cap. II. §. 17. conqueritur) si filius doret, quartam pretii æstimati partem; sin agnatus, Dominus, aut novus vasallus, tertiam vel dimidiam solvere teneatur, illam scil. si 4. aut pauciores; hanc, si 5. vel plures adsint filiæ dotandæ, per textum expressum Conf. Feud. alleg. Tit. III. §. 1. & 2. quem in exterorum gratiam hic inferere non tædiosum fore credimus: Von dem überbleibenden freyen *quanto* (deducto scil. ære alieno aliisque oneribus, inprimis servitiis) soll eine jede Tochter oder Schwester allemahl in respect eines jeglichen Bruders den 4ten Pfennig zu gewarten haben. E. g. wenn der Werth der Lehne 4000. fl. austrüge/ und nur ein Bruder nebst einer Schwester verhanden wäre / bekommt der Bruder 3000. fl. und die Schwester 1000. fl. Wenn aber zwee ne Brüder und eine Schwester hinterblieben / bekommt diese 571  $\frac{2}{3}$ . fl. ein jeglicher Sohn aber 1714  $\frac{2}{3}$ . fl. In casu converso hat der einzige Bruder 2400. fl. und die 2. Schwestern zusammen 1600. fl. von solchem *quanto* einzuheden / welche *proportion* durchgehends in allen Fällen beizubehalten ist. Neben diesem sollen *paraphernal* und Hochzeit-Gelder/ welche letztere *inter onera feudi* mit gezehlet werden/ von den 3 *quotis*, so den Brüdern

übrig bleiben/annoch entrichtet werden. Hätte nun der Vater ein mehres versprochen/wären dennoch die Söhne dazu nicht gehalten/ob sie zwar sonst *factum Patris* zu prästiren schuldig. §. 2. Wann keine Lehns Erben in absteigender *linie* verhanden/sondern die Lehne an die aufsteigende und Seiten-Wettern/oder den Lehns-Herren selbst und dessen *concessionarios*. verfallen/soll den Töchtern/wann ihrer 4. oder weniger/ *tertia*. wann aber 5. oder mehr/ *dimidia* dessen gegeben werden/was an den Lehnen frey ist/ es seyn der Wettern so viel als wollen.

## §. XXIV.

Quæritur autem, an, si sufficiat allodium, successor feudi nihilominus teneatur? De Saxoniam negat Struv. *S. J. F. Cap. XIV. th. 17.* cum pluribus *ibid.* alleg. De Pomerania recte affirmat Mev. *P. III. dec. 363.* quem sequitur Stryk. *E. J. F. Cap. XXI. qu. 24.* In eo tamen uterque errat, quod in casu amplæ hereditatis minor dos ex feudo præstetur, quam si hereditas exigua sit, cum alleg. Conclusum nunquam observantia universali fit comprobatum. Contrarium præscribit *Const. Feud. Tit. III. §. 5.* verb: Ob schon die Töchter oder Schwestern aus andern Erbschafften bemittelt wären/soll ihnen nichts desto weniger die in vorigen §. bestimmte *portion* aus den Lehnen völlig verbleiben und gerechet werden. Conf. quæ de Conclusis Pom. *supra* notavimus *Cap. 1. §. 6.*

## §. XXV.

Tempus exsolutioni dotis præfinitum sunt nuptiæ: hisce enim nondum contractis, alimenta saltem ex feudo debentur, Struv. *S. J. F. Cap. XIV. th. 17.*  
quæ



quæ in Pomerania nostra ante annum ætatis 14. tertiam partem futuræ dotis; post illum vero dimidiam exæquare debent, non computatis maternis;  
*Const. Feud. Tit. XVIII. §. 1.*

## §. XXVI.

Id ergo certum, dotem non feudi, sed allodii, habere naturam. De exfoluta res caret dubio, siquidem illa, etiamsi matrimonium sit improle, in feudum non recidit, sed heredibus allodialibus remanet, nisi in pactis dotalibus aliter cautum, *Const. Feud. Tit. III. §. X.* De exsolvenda vero aliud dicendum videtur, propterea quod feudo adhuc inhereret, nec, separatione nondum facta, qualitatem allodiam assumere potuit. Sed eodem res incidit: licet enim separatio nondum contigerit facto hominis, tamen jam adest intellectu juris, dum existentia dotis jusque reale filiabus idcirco competens statim a morte parentis incipit, ita ut jure separationis ac prioritatis præ omnibus succesforis creditoribus, etiam fratris vidua, gaudeant, quamvis hujus illata prius in feudum versa, quam illis dos constituta, *Const. Feud. Tit. IX. §. 7.* Unde & prout §. præced. dictum, in quanto alimentorum determinando dotis nondum exsolutæ ratio habetur, indeque usuræ præstantur, cum alias non entis nullæ possent esse affectiones. Durante igitur cœlibatu, non ipsa dos, sed realis ejusdem exsolutio, in suspenso est, & nuptiæ, sine quibus dos non intelligitur, §. 12. *Inst. de nupt.* sunt instar conditionis, quæ obligationis effectum suspendit, *Struv. S. J. F. Cap. XIV. th. 17. num. 7.* Quare, consummato semel matrimonio, licet ante exsol-

exsolutionem nupta decedat, dos tamen debita seu promissa, ut allodium, heredibus allodialibus cedit, *Const. Feud. Tit. III. §. 11.*

§. XXVII.

Verum non existente conditione, i. e. filia in coelibatu, vel ante consummatas nuptias, demortua, ex dispositione legis extinguitur qualitas allodialis, ita ut nihil de dote capiant heredes, sed eadem integra in feudo remaneat, *Struv. cit. l. Const. Feud. cit. l. cum hoc confestim consolidanda.* Unde & inter consolidationis species non immerito recensuimus. Rationem sive in favore vasallorum, (de quo supra *Cap. I. §. V.*) aut privilegio nobilitatis, aut natura conditionis, collocemus; sive tandem defectum qualitatis allodialis, per nuptias demum induendæ, largiamur, nihil interest, cum idem ubique sit effectus, & lege & consuetudine satis comprobatus.

§. XXVIII.

Idem obtinet, si virgo nobilis abjectæ sortis homini, opifici puta vel rustico, nubat: nam & tunc dotem lucratur vasallus, *Const. Feud. Tit. III. §. 8. in fin.* Si vero mediocris conditionis maritum eligat, etwa einen geringen Prediger/ oder dergleichen/ ut verba *Constit. Feud. alleg. l. sonant*, dimidiam. Introductum hoc ad splendorem atque decus nobilitatis conservandum, at non adeo rigide observatur, præsertim ubi parentum vel propinquorum consensus, ut plerumque fieri solet, istiusmodi desponsationibus certis ex causis accedit.

Idem poenæ loco statutum, si stuprum virgo nobilis patiatur, wann sie öffentlich zu Schanden gebracht / *ibid.* §. 2. de stuprata enim, non saltem meretricio more vivente, id esse intelligendum, usus docet, non attento, an nubat stupratori, nec nisi condonatio propinquorum subsequatur. Alimenta tamen ex commiseratione hujusmodi stupratæ, si aliunde non habet, ex feudo subministranda, & quidem dimidia ejus, quod alias percepisset, *Conf. Feud. Tit. XVIII. §. 2.* De poenis viduarum inhoneste viventium vid. *Tit. XIX.* Sie verlieren alle lucra, so ihnen aus ihres Mannes Lehen sonst gebühren / und da sie dieselben allbereits erhoben / sind sie schuldig deswegen Erstattung zu thun: da denn Kinder und andere *mariti heredes*, welche demselben die nächsten sind / *cum integra proprietate* solche zu genießen haben.

§. XXX.

Dictum est *supra* §. XXIII. & XXIV. dotationem filiarum esse onus mere feudale: Quaritur ergo, si Vafallus ex allodio suo dotem solverit, annon heredibus allodialibus ejusdē repetitio ex feudo competat? quod affirmandum videtur, quoniam (1) dotationo filiarum & sororum in Pomerania est onus mere feudale, *Conf. Feud. Tit. XXII. §. 1. Conf. sup. §. XXIV.* (2) Impensæ in utilitatem feudi a vafallo factæ ad heredes ejus allodiales pertinent, ita ut deduci ac repeti possint, *Anthon. Diss. Feud. XII. th. 7.* (3) Aequitas naturalis non patitur, ut quis cum alterius damno locupletetur, *L. 14. ff. de condict. indeb.* id quod, denegata repetitione, futurum esset; Si enim parens allo-

allodium retinuisse, pervenisset hoc ad heredes allodiales, feudumque pro debito dotis obligatum mansisset: Verum, his non obstantibus, negativa prævalet, quia a) nomen hoc fuit onus mere reale, & b) solutum ut hereditas sorori debita, pro qua feudum non nisi in subsidium tenetur. Aliæ rationes ex iis, quæ *supra Sect. III.* deducta, peti possunt. Atque ita iudicatum in causa *Rittmeister von Brockhusen contra Tessen Christian von Kleist*, per sent. d. 8. Maji & 1. Nov. 1706. publicatas.

## CAP. III.

## DE EFFECTU CONSOLIDATIONIS ET REMEDIIS CONTRA EANDEM.

**H**Atenus de præcipuis consolidationis speciebus, ex quibus, si quæ forte occurrunt aliæ, facili negotio poterunt dijudicari. Exinde quoque satis, ut opinor, innotuit, quid operetur hujusmodi confusio. Scilicet quæ inter feudum & allodium erat diversitas, eadem tollitur, ita ut nec distingui amplius, nec separari, queant, dum naturam ac qualitatem feudalem induit allodium, adeoque quoad omnes effectus legibus feudalis subicitur. Sic Vasallo libera de eodem disponendi facultas adimitur, heredibusque allodialibus successio &c. Conf. *sup. Cap. I. §. 4.* Et si lis desuper moveatur, exceptio con-

consolidationis fat tutum præstat feudi successorem,  
Conf. omn. Lauterb. *Dissert. de confus. th. 58. & 59.* Spe-  
cialiores effectus suis locis habuimus.

§. II.

Cum autem evidenter satis appareat, non pa-  
rum detrimenti exinde imminere Vasallorum filia-  
bus aliisque heredibus allodialibus, horum utique  
intererit prohibere, quo minus eveniat consolidatio.  
Restat ergo, ut de *REMEDIIS* eandem impediendi-  
bus pauca quædam addamus.

§. III.

Primum, idque omnium tutissimum, est speci-  
alis *DISPENSATIO PRINCIPIS* seu Domini directi,  
quam, si justæ causæ & aliæ circumstantiæ adsint,  
nec agnatis jus aliquod quæsitum auferatur, non-  
nunquam impetrare licet, uti duo exempla familia-  
rum illustrium, in Pomerania nostra satis notarum,  
testantur: idque eo minus habet dubii, si feudum  
aperturæ sit proximum, wann das Lehn auf dem  
Falle steht; tum enim de solius Domini interesse  
agitur, cui renunciare ipsi liberrimum. Ceterum  
de qualitate allodiali, omnibus omnino feudis ex-  
mente August. Regis nostri impertienda, *sup. in Prae-*  
*fat.* quantum opus fuit, actum, quo Lectorem re-  
mittimus.

§. IV.

Alterum, quod consolidationi obstat, est *PRO-*  
*TESTATIO*, non quidem illa, quæ ratione materni  
in actu investituræ adhibetur, cum nullum ejus-  
dem usum esse jam supra *Cap. II. Sect. I. §. VII.* satis sit  
demonstratum, sed quæ fit in relictione pertinen-  
tiarum

tiarum feudi a creditoribus pignoris loco possessarum, & in eo confitit, ut vassallus reluens declaret, se non animo dominii atque consolidandi eandem velle acquiras, sed jure crediti & animo priorum creditorum locum subintrandi: Hoc enim casu magnam omnino ejus vim esse atque effectum, *sup. Cap. II. Sect. II. §. XVI.* abunde fuit probatum.

## §. V.

Tertium remedium constituunt *PACTA* sive dotalia s. alia. Cum enim iisdem cavere liceat, ut dos in casum matrimonii improlis in feudum recidat, *Const. Feud. Tit. III. §. 10.* eidem deinceps incorporanda, quidni etiam e contrario pacisci liceret, ut dos in feudum illata nunquam naturam feudalem induat, cum eadem, uti supra dictum, more allodiorum, libera uxoris dispositioni subjaceat, & quilibet rei suæ, quam in alium transfert, legem dicere possit, *L. 7. pr. L. 20. §. 1. ff. de pact. dotal.* Unde hoc casu, quocumque demum versa sit dos, nulla ejus repetitioni obstabit consolidatio. Modo tamen istiusmodi pacta ineantur re adhuc integra, i.e. qualitate allodiali revera adhuc existente, nec vergant in præjudicium Domini vel agnatorum, alias enim absque consensu eorum, quorum interest, plane nullum sortiri effectum, prima juris feudalis principia edocent. *Conf. omn. sup. Cap. I. Sect. I. §. V.*

## §. VI.

Tandem & quarto confusioi obviam iri potest per *TESTAMENTUM*. Quod enim in pactis licet, multo magis obtinebit in ultimis voluntatibus, quarum favor tantus est, ut testandi libertatem  
ne

ne summus quidem Princeps tollere aut prohibere valeat, *Mev. ad jus Lub. Part. II. Tit. I. n. 13. ibique alleg.* Covarruv. *Nihil quippe est, quod magis hominibus debetur, quam ut supreme voluntatis, postquam jam aliud velle non possunt, liber sit stilus & licitum, quod nunquam redit, arbitrium, ut ait Imperator in L. i. C. de SS. Eccles.* Non ergo dubium, quin per modum substitutionis, vel fideicommissi, præcaveri possit, ne allodialia in feudum versa eidem incorporentur, observata saltem, quæ §. præced. adducta fuit, restrictione.

§. VII.

Movetur hæc quæstio in certo quodam casu, ubi uxor marito 10000. flor. dotis loco attulerat, quibus iste feudum G. concursui implicitum, creditoribus satisfaciendo, liberârat. Paulo post una cum uxore testamentum condit reciprocum, quo se invicem heredes instituunt, in casum vero matrimonii improlis agnatum quendam ejusque uxorem ac omnes liberos iisdem nascendos substituunt. *Testatrix prima decedit, dein maritus, post agnatus substitutus, isque hujus stemmatis ultimus, nullam prolem masculam, sed viduam saltem cum 4. filiabus, relinquens.* Hac igitur ratione feudo G. per aperturam ad Dominum reverso, ab eoque in alium jure feudi novi collato, extincti Vasalli heredes allodiales summam istam 10000. flor. cujus ante mentio facta, vi testamenti ac substitutionis ex eodem reposcunt. Lis quidem desuper nondum coepta, quod si ramen ad judicialem causæ discussionem perveniatur, pro heredibus allodialibus pronunciatum iri, non est quod dubitemus.

§VIII.

Plura jam addere, omnia legibus atque aucto-  
 ritatibus comprobare ac limæ ulterius subjicere,  
 temporis angustia & negotiorum domum revocan-  
 tium moles non permittunt, unde ista curis secun-  
 dis servare cogimur, quibus, si Deus vitam, vires,  
 otium, concesserit, errata emendare, omissa supple-  
 re, aliaque non inutilia, quæ quotidiana praxis sup-  
 peditat, adjicere animus est. Interim æqvum ali-  
 orum expectamus judicium, Patremque coelestem  
 pro gratia nobis clementer præfita devote  
 laudamus, deprædicamus.

ברוך שם יהוה מעולם ועד עולם





**Q**ui patriæ mores FEUDIS ALLODIA jungant,  
Ac ex diversis unum CONFUSIO JURIS  
Constituatur SOLIDUM, solide, CLARISSIME  
MEYEN,

Dum monstras, famâ DIFFUNDIS ubiq; perennem.  
Justa THEMIS viridi cinget Tua tempora lauro  
Per me, aut extendet patriæ Tua NOMINA tellus.

*Pauca hæc  
in honorem Praclarissimi ac jurium peris-  
sissimi Domini CANDIDATI adjecit*

PRÆSES.

**A**limæ virtutis quod sit certissima merces  
Gloria, lausque decus, res docet ipsa fatis.  
Umbra prout corpus sequitur, prout astra nitorem  
Spargunt, virtutem sic comitatur honos.  
Nec quisquam, credo, conscendet culmen honoris,  
Qui non virtuti sacra parare studet.  
Hinc pia Romulidum gens fanum adjunxit honoris  
Aedi virtutis, limen utrumque sacrum.  
Nec poterat quisquam penetralia visere honoris,  
Qui non virtutis limina contigerat.  
Athletis palmas necessebat Græcia solers,  
Ac rerum fasces saepe senilis honos. (\*)  
Unius haut generis tribuebat Roma coronam  
Eximiis Ducibus, militibusque suis.  
Sic pia majorum virtuti præmia justa  
Religio statuit, commonuitque suos.  
Quin neque docta suos Pallas fraudavit honore,  
Imbiberant artes pectore qui placido.

Illo-

(\*) *Athleta olim post certamina & palmas, ætate in senium de-  
vexa, ad capeendam Rempubl. sapius accesserunt. Ael-  
Hist. Var. L. II. Cap. XXIII. p. m. 108.*

Illoꝝ frontes lauro cingebat Apollo,  
Quos e Castalidum fonte rigârat aquis.  
Ipsa Themis, quæ cuique suum decernere s̄veta,  
Devotis sibi met munera multa refert.  
Hocce TUO exemplo firmas, clarissime MEYEN,  
Doctrinæ ac studii præmia digna petens.  
Quem fovisse suo gremio POMERANIA gessit,  
Nec vulgare sibi præcipit inde decus.  
Incluta quem JENAE, VENEDUM quem clara lycea  
Doctrinæ ornarunt lumine multiplicis.  
Quemque forum toties causas cum laude tumentem  
Conspicit ac plaudit, sentit ovatque cliens.  
Huic VIADRINA mitram saturo splendore rubentem  
PLESMANNI celebris destinat auspiciis.  
Mitram, quam dudum virtutum lumina clara,  
Doctrinæque decus promeruere TIBI.  
Gratulor inde TIBI, superum precibusque fatigo,  
Sit TIBI met laudi, sit patriæ decori!  
Conservet TEMET NUMEN per Nestoris annos,  
Commoda quo patriæ plurima ferre queas.

*Sic animi testandi ergo gratulabundo  
pectore canebat*


JOH. GEORG. MICHAELIS, V.D.M.  
Scholæ Regiæ Frider. Rector.



Frankfurt a. O., Diss., 7720-24



f  
56.





62. / 141.  
246. / 147.

6, XXIII. April  
1722

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA  
DE

# CONSOLIDATIONE FEUDI ET ALLODII

in Pomerania, *praesertim* ulteriori,

Quam,

ANNUENTE DIVINA CLEMENTIA,  
EX DECRETO ET AUCTORITATE

MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS IN ALMA VIADRINA,  
Sub PRÆSIDIO

## DN. HENRICI SIMONIS PLESMANNI,

J. U. D. & Pandect. Professoris Publ. Ordin.  
Facult. Jurid. h. t. Decani Spect.

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS  
AC PRIVILEGIIS RITE CONSEQUENDIS,

An. MDCC XXII. d. VIII. Aug. horis locoque solitis  
publicæ disquisitioni submittet

## JOACH. CHRIST. MEYEN,

Pomeranus,

Dicafterii Reg. Pomer. Cöslin. Advocatus Ordinarius.



FRANCOFURTI ad VIADRUM,

Literis JOH. CHRISTOPH. SCHWARTZII, Acad. Reg. Typogr.

